Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qui praua suasione desiderat decipere animas innocentes, Arcū enim tendere est. opere fraudulento expectare tempus. quando possint simplices innocentesq. decipere,

Gladius enim dicitur qui fit ad hostium clades. significat uindictam in animas ipsorum, Et arcus eorum. id est occultae malicia contra pios confringitur. quia non erit fidelibus in animae parte nocitura,

Brachia peccatorum peruersas actiones significant, quae conterentur. id est assidua tribulatione minuuntur in uindictae. ne innocentibus noceant, Iustos autem confirmat dn̄s in fide,

Malum tempus sig̃t diē iudicii. quando omnis caro sollicitae est actuum suorum, In isto tempore non confundentur in maculati, Dies famis. tempus huius mundi sig̃t. quando beati esuriunt iustitiā. & saturabuntur p̄ scripturas sc̄as, peccatores peribunt. id est in illa iudicatione dānandis,

uerunt peccatores. intenderunt arcū suum,

Ut decipiant pauperem & inopem. ut trucident rectos corde,

Gladius eorum intret in corda ipsorum. & arcus eorum confringatur,

Melius est modicum iusto. super diuitias peccatorum multas,

Quoniam brachia peccatorum conterentur. confirmat autem iustos dn̄s,

Nouit dn̄s dies immaculatorum. & hereditas eorum in eternum erit,

Non confundentur in tempore malo. & in diebus famis saturabuntur. quia peccatores peribunt,

Ut decipiant pauperē. non diuitem mundi. sed pauperem xp̄i, Addidit rectos corde. hoc de martyribus potest intelligi. qui recti sunt corde. sed carne trucidantur,

Modicum hic sentiatur humilitas. In qua dum se animus noster custodit. mundi pretiosa transcendit, Diuitiae peccatorum. sunt congregationes criminum, Unde estimemus quantum sit melius illud modicum iusti percipere. & molem tantorum scelerum non habere,

Dn̄s enim nouit uias inmaculatorum. qui eas condidit quas humana ignorantia non potest intueri, hereditas est caelestis hierusalem. aeternae pace ditissimae. quae erit in aeternum quoniam sine fine prestatur,